



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

De virtutibus moralibus in commune. Cap. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

De virtutibus moralibus in commune.

Caput V.

1 **B**inae sunt virtutes morales, aliae infusae, aliae acquisitae; utraque verò, iuxta suum nomen, ad mores perficiendos attinent.

2 Perficiunt autem hominem, quod ad omnes eius partes: Intellectum quippe prudentia, & agmen virtutum illi cognatarum, voluntatem iustitia cum plurimis alijs virtutibus ei coniunctis; appetitum concupiscibilem temperantia cum virtutibus ei conexis; irascibilem fortitudo, cum acie virtutum affiniu[m] perficit.

3 Quatuor haec virtutes principales, ita hominem totum componunt, ut prudentia, quae est recta ratio agibilium, ceteris virtutibus apta media praescribat, per quae ad fines suos rectam pertingant: at ipsae prius hominem bene afficiant erga finem, quo à prudentia diriguntur.

4 At verò inter infusas, & acquisitas (licet nominibus eisdem nuncupentur, & numero pares sint) est insignis discriminis: acquisitae quippe ad principia rationis naturalis practica, & speculativa; infusae verò ad virtutes Theologicas, quae sunt illarum principia, referuntur.

5 Hinc

5 Hinc exiſtit aliud diſcrimē ſcitu digniſſimum, quod ad modum operandi pertinet: modus enim acquiſitarum à ratione naturali; at infuſarum modus à lege diuina, fideꝝ præſcribitur: quod appoſito tē perantiæ liquebit exēplo.

6 In cibi, potuſue ſumptione, quæ ad temperantiā acquiſitam ſpectat, ratio præſcribit modū, nè noceat valetudini, vel rationis uſum impediāt: at in eadē ſumptione, ſi per actum temperantiæ infuſæ fiat, modus à lege diuina, quam docet fides, imponitur, vt ſcilicet parcitate cibi corpus caſtigetur, & in ſeruitutem, vt Apoſtolus aiebat, redigatur.

7 Ex quibus facile perſpicient fratres noſtri, quibus à Deo ſint ornati virtutibus: diſcent quē ſimul, ſubluniorē quodā modo, quā natura requirat, virtutibus ipſis naturalibus uti.

8 Ipſos enim virtutum acquiſitarum actus non ob id tantum, quod rationali naturæ conſentanei ſint, exercere debebunt: ſed præſertim, quod fidei congruāt, & ad Theologicarum virtutum finem conducant.

9 Hoc autem ſolenter animaduertāt, ad iudi-

judicium de sua progressione ferendum; virtutes acquisite, licet infusæ nobiliores sint, hanc vim efficaciorē habere; quod vitia contraria illis conatibus, quibus parantur, extrudant, & singularem cordi tranquillitatem concilient.

10 Infusæ verò cōtrarios, & vetustos vitiorum habitus non expellunt: sed ad creberrimos congressus vires præstant, ut pax bello comparetur.

11 Verum est (at mirum videtur) fratrem aliquem, è gravissimis sæculi peccatis ad claustrum repentina conuersione traductum, ipso iustificationis momento, virtutes omnes morales infusas prudentiam, iustitiam, temperantiam, fortitudinem, ac earum prolem numerosam accepisse: & tamen, eosdem vitiorum, quæ in sæculo contraxit, habitus, & passiones indomitas habere.

12 Ex hoc efficitur, ut ipse rerum internarum adhuc ignarus miretur, dum eisdem in se, quas in sæculo patiebatur procliuitates, & effrenes motus perferat: quin etiam cum melior sit, peior sibi in claustro, quàm in sæculo videtur;

F

cum

cum motus rationi dissentaneos, quos antea minimè curabat, ex desiderio profectus, & lucra deprehendat.

13 Hæc ergo eò conferent, vt fratres verum à falso dignoscant & habitibus infusis virtutum vtentes, in virtutes, quas acquisite dicuntur, acquirendas incumbant.

14 Hic labor iustorum est, qui virtutum infusarum armatura, & cælestibus auxilijs roborati à spiritu aguntur in desertum: vt multiplices coronas pariant, vel de puritate cædidas, vel de passione purpureas.

15 Hoc opus fortium militum est, quorum agonibus instituta Monastica decorantur: qui laboribus, & sudoribus multis cæli gaudia comparare nituntur.

16 Op^o hoc verum Monachum à simulato discernit: vterque enim decreto tempore cõmunes actus exercet, & solènia quoq; vota edit: at vota sunt, non virtutes, quod certe timendum est.

17 Vota quippe, quæ Deo nuncupantur, sunt promissa quædã sacra coler diuites, quæ (vt Philosophice dicantur) sunt votorum obiecta: sed cuenire potest

uoc

(quod præcauere cupimus) fratrem aliquem ignauum obedientiæ voto totos viginti annos obligatum permanere; & obedientiæ virtutem minimè comparare

18 Enitantur ergo fratres nostri, sic se cursus initio gerere, vt antequâ vota emittât, virtutes acquirant; vt cœptum inter fœlicius, Deo fauente conficiant.

19 Sed cum virtutes morales plurimæ sint. è quatuor illis Cardinalibus accommodè ad institutum nostrum has tantum selegimus.

<p>E Prudentia</p> <p>Diligentiam, siue Sollicitudinem.</p>	<p>E Iustitia</p> <p>Pœnitentiam</p> <p>Religionem</p> <p>Orationem</p> <p>Deuotionem</p> <p>Obedientiam</p> <p>Gratitudinem.</p>	<p>E Temperantia</p> <p>Humilitatem</p> <p>Castitatem</p> <p>Mansuetudinem</p> <p>Abstinentiam</p> <p>Modestiam, vbi de silentio, verecundia, honestate.</p>	<p>E Fortitudine.</p> <p>Patientiam</p> <p>Magnanimitatem.</p> <p>Perseuerantiam.</p>
---	---	--	---

quibus totam claustrî disciplinam complectemur.

20 Quicquid enim ad virtutes alias necessarias attine, quarum actus frequentiores, quàm nomina sunt, ad prædictas virtutes reducemus.

De paupertate verò quæ ad Beatitudines spectat, accurratè agendum est.

21 Vitia quoque contraria, & passiones eisdem ferè rationibus, quibus virtutes astruimus, conuellemus: at eum ordinem virtutum obseruabimus, quem vocationis, & renunciationis ordinis, & disciplinæ Monasticæ opportunitatem arbitramur. tamen si virtutum origo, & connexio, quam Theologi variè considerant, aliud exposcere fortasse videatur: ordo quippe debet utilitati seruire.

De Obedientia.

Cap. VI.

1 Postquam de Theologicis virtutibus egimus, quibus animus hæret Deo, & quæ, cum vniuersis Christianis communes sint, à mundi contemptoribus debent religiosius coli: vocationi consonum erit, de illis virtutibus agere, quæ Monachum à cæteris Christianis ratione status excipiunt: vt iuxta rerum